

Catullus 51

Progressive Reading

ille par deō est.
ille vidētur
ille vidētur deus esse;
ille vidētur pār deō esse;
ille mihi vidētur pār deō esse;
fās est,
sī fās est,
ille deōs superat.
ille vidētur deōs superāre.

**Ille mī pār esse deō vidētur,
ille, sī fās est, superāre dīvōs,**

qui sedet...
qui sedēt adversus...
qui sedēns adversus....
tē spectat.
tē audit.
tē ridentem audit.
tē dulce ridentem audit.
tē dulce ridentem spectat et audit.

**quī sedēns adversus identidem tē
spectat et audit//
dulce rīdentem,**

hoc sēnsūs ēripit.
hoc omnēs sēnsūs ēripit.
hoc omnēs sēnsūs mihi ēripit.
hoc omnēs sēnsūs mihi miserō ēripit.
quod omnēs sēnsūs mihi miserō ēripit....

tē aspexī, Lesbia,
simul tē aspexī, Lesbia,
nam simul tē aspexī, Lesbia,

nihil superest
nihil vōcis superest
nihil vōcis mihi superest
nam simul tē aspexī, Lesbia, nihil vōcis mihi superest,

**nam simul tē,
Lesbia, aspexī, nihil est super mī
[Lesbia, vōcis]**

sed lingua torpet.
flamma dēmānat
flamma sub artūs dēmānat
sed lingua torpet
aurēs tintinant,
aurēs sonitū tintinant,
aurēs sonitū suō tintinant,
aurēs sonitū suōpte tintinant,

lūmina teguntur.
lūmina nocte teguntur.
lūmina nocte geminā teguntur.

**lingua sed torpet, tenuis sub artūs
flamma dēmānat, sonitū suōpte
tintinant aurēs, geminā teguntur
lūmina nocte.**

ōtium est molestum;
ōtium est tibi molestum;
Catulle, ōtium est tibi molestum;

ōtiō exsultās
ōtiō gestīs,
ōtiō nimiumque gestīs
ōtiō exsultās nimiumque gestīs,

ōtium rēgēs perdidit.
ōtium urbēs perdidit.
ōtium beātās urbēs perdidit.
ōtium rēgēs et beātās urbēs perdidit.
ōtium et rēgēs et beātās urbēs perdidit.
ōtium prius et rēgēs et beātās urbēs perdidit.

**ōtium, Catulle, tibi molestum est:
ōtiō exsultās nimiumque gestīs:
ōtium et rēgēs prius et beātās
perdidit urbēs.**